

humidum exarescit à calido magis tum exiccante, quàm antea. Nec audiendum est de senectute, quoniam flauescunt à calido exteriori. Alter codex nonster habet, *πρὸ τῆσ τελείωσως*, quod est ante perfectionem, quod non placuit. Et inquit rursus alimentum exarescit, quoniam in principio ortus ob eandem causam in homine pilus ruffat, quòd humidum crescenti corpori impendatur, atque ideo paucum fit, vt iam suprà diximus: at ætate prouectiori exarescit. causa igitur in pueritia, est humoris paucitas: at híc, est multitudo caloris exarefaciens. atq. ideo adiecit rursus.

Τὸ δὲ πελνταῖον, λευκὰ πρότερον ἢ μελανθῆναι εἶ ὑγρὸν, τῆσ βοφῆσ ἐν αὐτοῖσ ἐκπεπομλῆσ. μάλιστα δὲ εἶσο (ὡσὶ τῷ ἰσοζυγίον φανερόν ἐστὶ πᾶντων ἰδὲ τὰ ψυχώματα, γίνεται λευκὰ. τῷ γὰρ τόπων, οὐ δυναμλίων ὁμοίως ἐπιπασάσαι πλὴν βοφῆν, εἶχε πλὴν ἀσείψαν πλὴν τῷ θερμῷ, ταχέως κατὰ ξηραίνόμενον εἶ ὑγρὸν γίνεται λευκόν.

Denique albi prius quàm humidum nigrescat, alimento in iis excocto. maximè autem hoc perspicitur in animalibus subiugalibus. omniū enim pili fiunt albi. locis enim nequeuntibus similiter attrahere nutrimentum, propter calidi imbecillitatem, humidum celeriter exarescens, fit album.

Manuscriptus codex post ea verba, πάντων εἶ τὰ τριχώματα γίνετ) λευκὰ, hoc est, omnium enim pili fiunt albi, addit, καὶ μάλιστα τὰ ἐπίπασα, καὶ προπεπομλῆσ ἐξ ἐλικῶν κῆ φιλμάτων, καὶ προτρίψαν τῷσ ἀσράβησ, καὶ τῶν τοιούτων, quod est, & maximè morbosa, quæque antea passa sunt ab